

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare pater & filius dicantur esse vnum vel vnum Deus, sed non vnum. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Quare patri attribuatur unitas, & filio æqualitas.*

Sed plurimos mouet, quod patri attribuit unitatē, filio æqualitatē. Cum n. unitas dicatur secundum substantiam, non tantum in patre est, sed etiā in filio & in spiritu S. & æqualitas una est patris & filii & spiritus S. Cur ergo patri attribuitur unitas, & filio æqualitas? Forte eadē ratione attribuitur patri unitas secundū August. qua supra eidem æternitas secundū Hilariū: quia videlicet pater ita est, ut ab alio non sit, & quia filium genuit unum secum Deum, & spiritus sanctus ab eo procedit unus cum eo Deus. Unitas ergo in patre esse dicitur, quia nec est aliquid aliud à quo sit. Non enim ab alio est, nec ab eo aliquis vel aliquid est ab eterno, quod unum cum eo non sit: filius enim & spiritus sanctus unum sunt cum patre: Vnde veritas ait, Ego & pater unum sumus.

*Quare pater & filius dicatur esse unum vel unus Deus, sed non unus: quia res eiusdem naturae recte possunt dici unum simpliciter esse & cum adiectione: res vera diuersæ naturae non possunt dici unum, nisi dicatur quid unum.*

Hic dici oportet, quod pater & filius & spiritus S. recte dicuntur esse unum & unus Deus, sed non unus. Res n. duæ vel plures recte possunt dici unum esse, si sunt unius essentiaz, & earum una sit natura. unus autem vel una non potest dici de diuersis rebus, nisi addatur quid unus vel una. quo addito, recte potest dici de rebus & unius & diuersæ substantiaz. Vnde August. in 6. libr. de Trinit. sic ait: Nescio verum inueniatur in scripturis dictum, unum sunt, quorum est diuersa natura. Si autem & aliqua plura sunt eiusdem naturæ & diuersa sentiat, non sunt unum in quantum diuersa sentiunt. Cū ergo sic dicitur unum, ut non addatur quid unum, & plura

Cap. 2. in  
principio.  
Ib de pau-  
lo superius.

plura vnu dicuntur eadem natura atque essentia:  
 non dissidens, neq; dissentiens significatur, vnde i. ad Cor. 3. 6  
 Paul<sup>o</sup> & Apollo, qui & ambo homines erant & idē  
 sentiebant, vnu esse dicuntur: cū dicitur. Et qui ibid. paulo  
 plantat, & qui rigat vnu sunt. Cum vero additur *inferius*.  
 quid vnum, potest significari aliquid ex pluribus  
 vnum factū, quāuis diuersa natura: sicut anima &  
 corpus non possunt utique dici vnum, quid n. tā  
 diuersum? nisi addatur vel subintelligatur quid v. ad Cor. 6.  
 nū, scil. vnu homo. vnde Apostol<sup>o</sup>. Qui adh̄eret, d.  
 inquit, Domino, spirit<sup>o</sup> vnu est. Nō dixit vn<sup>o</sup> est,  
 vel vnum sunt, sed addidit spirit<sup>o</sup>. Diuersi sunt e-  
 nim natura spiritus hominis & spirit<sup>o</sup> Dei: sed in-  
 h̄erendo sit spirit<sup>o</sup> hominis vnu<sup>o</sup> spiritus cū Deo,  
 q̄a particeps sit veritatis & beatitudinis illius. Si  
 ergo de his quæ diuersæ substantiæ sunt, rectè di-  
 citur q̄ sint vnu spiritus; quanto magis qui vni<sup>o</sup> *Ibidem infel*  
*substantiæ sunt, rectè dicuntur vn<sup>o</sup> Deus esse. Pa-* *rius.*  
*ter ergo & filius vnu sunt, vtq; secundū vnitatē*  
*essentiæ, & vnu Deus: in quo & Arriana hærelis*  
*dānatur, quæ patrem & filium & spir. S. vt ait Aug. Tom. 6. Nu-*  
*m. in lib. de hæresib; non vult esse vnius eiusdemq; mer. siue*  
*substantiæ atq; naturæ, vel vt expressius dicatur, Art. 49.*  
*essentiæ: quæ Græcè dicitur v̄sia: sed filiu esse crea-* *Eod. tomo.*  
*turam. Nec nō & Sabelliana, quæ, vt ait August. Num. siue*  
*in eodē lib. dicebat: Christum eundem ipsum &* *art. 41. To-*  
*patrem & spiritum S. esse: vt esset Trinitas nomi-* *m. 9. tract.*  
*nū sine substantia personarum. Vtrumq; peste,* *36 ad illud*  
*vt ait August. super Ioan. elidit veritas, dicens: E-* *Ioan. 8.*  
*go & pater vnu sumus. Vtrumq; audi & aduer-* *Quia solus*  
*te, vnu, & sumus: & à charybdi & à seylla libe-* *n. nsum.*  
*raberis. Quod enim dixit vnu, liberat te ab Ar-*  
*rio: q̄ dixit sumus, liberat è Sabellio. Si vnu, er-*  
*go non diuersum: si sumus ergo pater & filius. Su-*  
*m<sup>o</sup> n. non diceret de vno, nec vnu de diuerso.*  
*Erubescant ergo Sabelliani, qui dicunt ipsum esse*  
*patrem qui est filius, confundentes personas: qui*

M 4 & di-

& dicti sunt Patrificiani, quia dicunt patrē fuiſſe paſſum. Arrianī vero dicunt aliud patrē eſſe, aliud filium: nō vna ſubſtantia, ſed duas: patrē maiorem, filium minorē. Noli hoc diſere tu Catholi-  
ce. In medio ergo nauiga, ut rūnq; periculofum la-  
tus deuita: & dic, Pa:er pater eſt, & fili⁹ filius eſt:  
Alius pater, alius filius: ſed non aliud. immo ho-  
piſum, quia vnuſ Deus. Ecce oſtenſum eſt quare v-  
niitas in patre eſſe diſatur, cum treſ illi vnuſ ſint.

*Quare diſatur eſſe & equalitas in filio, cum ſit vna &  
equalitas triū.*

NVNC videmus quare & equalitas diſatur eſſe  
in filio, cum vna & ſumma & equalitas ſit triū. Hoc  
ideo forte dictum eſt; quia fili⁹ genitus eſt à patre  
& equalis gignenti, & dono q; ab vtroq; procedit: &  
ideo illa tria diſuntur eſſe equalia propter filium.  
Filius n.habet à patre, ut ſit ei & equalis & ſpiritu  
S. & ſpiritus sanctus ab vtroq; habet, ut ſit equalis  
vtriq; Hoc autem ſine assertionis ſuperſilio & ma-  
ioris intelligentiæ preiudicio diſimus, malentes  
in apertione tā clauſorum ſermonum peritores  
audire, quam aliquid aliis influere.

*Quare in ſpiritu ſancto diſatur eſſe vtriusq;  
concordia vel connexio.*

QVOD autem in ſpiritu S. diſitur eſſe vtriusq;  
concordia, & per eum omnia connexa, facilior  
eſt intelligentia nobis præmiſſa ad mētem reu-  
cātibus. Supra enim ſecundum authoritates san-  
ctorum dictum eſt, quod ſpiri⁹ ſanctus amor eſt,  
quo pa:er diligit filium, & filius patrem. Rechte er-  
go ſpiritus ſanctus diſitur connexio vel concor-  
dia patris & filii, & per eum omnia connexa. Vnde  
August. in quinto lib. de Trinit. Communio quæ-  
dam conſubſtantialis patris & filii eſt, amboſum  
ſpiritus ſanctus. Idem in ſeptimo libro de Trinit.  
ſpiritus ſanctus eſt ſumma charitas vtrumq; cō-  
iungens, nosque ſubiungens.

VTRVM

*Cap. II. ad  
finem.*

*Cap. 3. ver-  
ſus finem.*